

MONITA AUTORIS SPECIALIA,
in hunc V. Tomum.

Adverte, benigne Lector, nonnulla in hocce Tomo V. Historiæ Ecclesiasticæ jam typis edita fuisse à quibusdam deprehensa, quæ hic correctione, aut explicatione aliqua indigere videntur.

I. Pag. 20. Innocentium III. creatum fuisse Cardinalem à Calistino III. Quia in re, ut ingenuè fateor, lapsus memorie passus sum. Innocentius quippè III. non fuit creatus Cardinalis à Calistino III. sed à Clemente III. Decessore Calistini III. Cardinalium albo adscriptus est, ut videre est apud Platina, Ciaconium, & alios, qui de Viis Romanorum Pontificum, & Cardinalium scripturarum Sed Opere in longa fas est obrepere summam.

II. Pag. 45. decem recenset articulos Concilii Patiensis, quorum postremus his verbis conceptus est: *Aditus Angelus & Adam habuerunt, unde possent proficere.* Quibus verbis prædicta Synodus innuere duxerat voluit, malum Angelum, & Adamum habuisse auxilium sufficiens, seu severitatem, uti docet S. Augustinus in libro de *Corruptione & gratia* Cap. XI. & XII.

III. Pag. 100. dico, Sanctum Dominicum Ordinis Prædicatorum Fundatorem, omnigena quæ re concessuolum ducere funem, nec quidpiam decerpere de gloria Sanctissimi illius Patriarchæ (quem, ut meum amantissimum Patrem, impensissime colere eximie felicitatis & summo semper honoris loco ducam) amplissimam Lectori potestatem permitto amplectendi sententiarum eorum, qui de S. Dominico, de Ecclesiæ optimè merito, inter clarissimos Sæculi XIII. Scriptores referendum esse censent.

IV. Pag. 103. assero, Sanctum Thomam, Doctorem Angelicum, eum à Castro, in quo à Matre suisque fratribus captivus detinebatur, dimissus est, statim Coloniam missum esse, ut sub *Magna Philosophiæ & Theologiæ* operam daret, quod nullo pacto adversatur Breviario Romano, in quo ad diem VII. mensis Martii legitur, S. Thomam, statim ac à Castro dimissus est, Latine Parisiensem fuisse profectum, seu potius utrumque cum veritate Historiæ optimè coherere. Nam S. Thomas liber à Castro dimissus Parisios quidem à *Jeanne Teurion*, Ordinis Prædicatorum Generali Magistro, ductus est, non ut ibi Philosophiæ & Theologiæ studio incumbere, sed ut in Capitulo Generali ea in Urbe celebrando ipsi de Collegio, seu de Studio Generali providerent, quo factum est, ut Parisiis confectum secedens S. Thomas, Coloniam missus foret, ut sub *Magna Philosophiæ & Theologiæ* encoletur Disciplinis, sicut testantur *Gualterius de Tria*, & alii, & vix S. Thomas Scripserit antiquissimus, nec non S. Anselmus 3. part. *Chronicon* tit. 22. cap. 7. parag. 4.

V. Pag. 131. assero post doctissimam *Mabilianam*, Salutationem Angelicam Sæculo dimittitur Ecclesiæ XI. frequentari cepisse, sed hoc intelligendum velim de Hocis, seu precibus Curatis, quibus ante XI. Sæculum post Ottonem Dominicam necdum adjecta erat Salutatio Angelica, sicut et antiquissimis cum *Monachorum*, cum Religiosorum Ordinum Statutis evincitur laudans *Mabilianus*. Non eo tamen inficias, salutationem Angelicam esse in Ecclesiâ antiquissimam, ac sæpius à Sanctis Patribus fuisse usurpatam, per scriptum à S. Cyrillo Patriarcha Alexandrino, qui præfuit Concilio Oecumenico Ephesino contra Hæresin *Nestorianam* anno CCXXXI. celebrato.

VI. Pag. 141. assero, omnes historias, Prophetias, Mytheria docere, totum animum nostrum soli Deo cultui gratuita charitate esse consecrandum; absque tamen, ut his verbis excludere volumus amorem spei, per quem Deum diligimus, seu intercedem & obsequiamus beatitudinem nostram, cum S. Augustinus pluribus in locis amorem spei commendat, præsertim Enarratione in Psalmum 134. ubi hæc habet: *Sic amare debet, ut ipsum, scilicet Deum, pro mercede desiderare non desinat, si solus sit, sicut Philippus desiderabat, cum diceret: Osende nobis Patrem, & sufficit nobis.*

VII. Monitum Austriæ Generale in hunc & quatuor præcedentes Tomos: Postremo, non solum in hocce Tomo, sed in quatuor aliis prædictis, compellendum cum aliquo honoris titulo aliquot Scriptores, quorum Opera fuerint Romæ censuræ signata, non quod eorum multi poterint doctrina, quæ ab Ecclesiâ penscripta est, sed quod ex ipsis certa quædam possint hauriri documenta, quæ antiquitati illustrandæ, Catholice Religionis venerationi asserviri, & Hæresis Ecclesiasticæ hand modicum lucem affundere possint.



HISTORIA ECCLESIASTICA, VARIIS COLLOQUIIS DIGESTA,

UBI

PRO THEOLOGICÆ CANDIDATIS
RES PRAECIPUÆ, NON SOLUM AD
Historiam, sed etiam ad Dogmata, Criticam, Chronologiam
& Ecclesiæ Disciplinam pertinentes, per breves Interro-
gationes, & Responsiones perstringuntur, & in
præclaro ordine collocantur.

TOMUS SEXTUS,

COMPLECTENS

SÆCULUM ECCLESIAE,
DECIMUM QUINTUM,

AUCTORE

FR. IGNATIO HYACINTHO
AMAT DE GRAVESON,

Sacrae Facultatis Parisiensis Doctore, & Collegii Casanatensis
Theologo, Ord. Fratrum Præd.

EDITIO IN GERMANIA SECUNDA.



CUM PERMISSU SUPERIORUM.

Augustæ Vindelicorum & Græcii,
Sumptibus Fratrum VEITH, Anno MDCCXXVII.